

dianus, significari vlo modo potest. Etenim Sardinia appellari debebat ή Σαρδώων et quomodo Perseus, qui fertur fretum Herculeum insedisse nauibus, Gorgonem captans, nauigasse ab Cerna insula ad agrum Sardianum, et hinc illuc renauigasse, dici possit; praesertim quum verba διαπλέων τὰ παρατῆς ἐτέρες eis τὴν ἐτέραν satis declarant, in verbis τῆς Σάρδεων nomen insulae corruptum latere debere? Iam vero quum Gades fuerint insula extra fretum Herculeum, vt Cerne, adeo vt Perseus recte dicatur mare inter utramque insulam nauigasse; quum Gaditani ab Graecis non modo Γαδειρῖται, et Γαδειρῶν, et Γαδειρῶν, sed etiam Γαδειρῆς, nominati reperiantur *); quum Articulus ή requirat gentile nomen; quum vocabulum Σάρδεων parum differat a vocabulo Γαδειρέων certissimum putamus, pro ἡγή τῆς Σάρδεων legendum esse ἡγή τῆς Γαδειρέων. Certe sic omnia praeclare inter se cohaerere in illa Narratione reperientur: neque dubitandum videtur, quin hoc vitium pepererit librariorum error, qui ante de Κύρῳ insula cogitarint, cui Σαρδὼ insulam adiungendam putarent.

V. Sed vt has locorum Palaephati correctiones, ex ingenio de promtas, arbitramur satis certas esse atque idoneas: ita non nescimus, magnum numerum eiusdem generis coniecturarum allatum esse ab interpretibus libelli, aliisque viris doctis, semper, quae essent inanes et vanae. Cuius quidem leuitatis caus-

E 3

fas

*) V. Stephartus Byzant. Dionys. Perieg. 451
in v. Γάδηρα et Eustathius ad